

in rebus ad regimen animae spectantibus expertissimus esset, haec hinc argumenta congrua valde scripsit: *Etenim, cum omnes artes, ac disciplinae humano ingenio reperta, et quae nihil amplius, quam huius vitae commodis promunt, licet manu palpari queant, et oculis videri, recte tamen a quoquam sine instituentis doctrina nequeunt comprehendi; quam inceptum est credere, hanc solum non egere doctore, quae et invisibilis, et occulta est, et quae non nisi corde purissimo perspicere poterit: cuius error non temporale damnatum, nec quod facile reparatur, sed animae perditionem parit, mortemque perpetuam.* Sed quid in sanctorum Patrum testimoniis recensendis immeror, cum non semel Christus Dominus huius doctrinae fuerit magister; nam Paulo dicenti (Act. 9.): *Domine, quid me vis facere?* non respondit Dominus: haec, et haec facias; sed quid? *Surge, et ingredere civitatem, et ibi dicitur tibi, quid te oportet facere.* Eo autem Damascenorum civitatem ingresso, Ananiam, non maiorem, non aequalem, sed inferioris virtutis, inferioris meriti, inferioris status excitavit, qui Paulum de omnibus erudit. Si doctorem, si Apostolum, si totius Ecclesiae patrem Christus ad hominem misit, a quo Dei voluntatem audire; putamus, non absque spiritualis magistri, et ducis adminiculo posse proficere? Erramus, et nos ipsos falsa persuasio decipimus. Certe Deus reges Magos interius illuminabat ad Iesum quaerendum in Bethleem, et nihilominus voluit per externum magisterium illos edoceri, ubi nasci debere Messias. Ingressi Ierusalem, quaesierunt (Matth. 2): *Ubi est, qui natus est, rex Iudaeorum?* et meruerunt certiores fieri de loco: nam principes sacerdotum responderunt (Matth. 2): *Et tu Bethleem, terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel: quia diligentia adhibita, tandem invenierunt Iesum, Matthaeo evangelista dicente (cap. 2): Et intrantes invenerunt puerum cum Maria matre eius.*

Porro, Deum quaerendum esse non solum sedula diligentia, sed ingenti animi dolore, salis b. Virgo verbo, et exemplo nos docuit, dum dixit (Luo. 2): *Pater tuus, et ego dolentes quaerebamus te.* Sicut enim Maria, quae amaritudine interpretatur, dolebat de absentia corporali filii sui, ita et nos summa animi amaritudine dolere debemus de absentia spirituali illius ab anima nostra, ob scelera multa contra illum patrata. Sicut enim, ut ait Avicenna, prudentes inquisitores auri quaerunt illud scutella eburnea subter aquas, quia aurum naturaliter attrahitur ebore, ut testatur Plinius (de nat. hist.), sicut et ferrum attrahitur a magnete; ita dolore contritionis quaerendus est Deus, quia haec sola, extra sacramenta, virtutem habet attrahendi aurum charitatis, et auctorem eius ad animam. Itaque fratres, oportet, si invenire cupimus Deum amissum, ut turpitudinem peccatorum expendentes, ingenti conatu, et acerbo morore ea detestemur: ut enim dixit d. Chrysostomus (homil. 20. ad Popul.): *Sicut vermis ex ligno nascitur, et illud rodit, ac comedit, suam ab ipso originem habens: sic et dolor de peccato*

natus est, et peccatum absumit. Ut autem hic contritionis dolor sit verus, oportet, ut secum afferat firmum propositum nunquam labendi in praeterita, vel similia peccata, iuxta verba illa Christi Domini (Ioan. 8): *Fate, et iam amplius noli peccare, quae veritas Graecus interpretatur: et ab hoc nunc ne amplius pecces:* quibus verbis non obscure Christus Dominus docuit, ab ipso nunc, seu instanti, a quo peccator incipit de peccatis dolere, incipere etiam debere in eo radicare propositum firmum non peccandi, quod in totam vitam protrahatur. Illud tamen peccatorum monens, quod si forsam per fragilitate conditionis humanae iterum probabatur, pactumque non reincedit cum Deo initium violaverit, iterum atque iterum doleat, non desperans in Deo esse pietatem ad remittenda eius peccata. Nec solum hoc meum consilium est, sed magni Patris Chrysostomi, qui (hom. 3. de poen.) hanc doctrinam his praeclearis verbis edocet: *Tametsi quotidie pecces, quotidie poenitentiam age; et quod in domibus facimus, cum fragiles, et ad casum mutant, fragilia educimus, tignaque nova submittimus; continuaveque reparationis munus exerceamus; id ipsum et in nobis faciamus. Si hodie a peccato severis, te ipsum per poenitentiam instaura: in peccatis omnem contrivi vitam, at si poenitentiam egero, putas salvabor? unde mihi constabit? Domini excellentia, pietateque, non iam tuae confides poenitentiae. Si sola superferuerit poenitentia, merito timebis; sed quoniam poenitentiae Dei clementia, Deique pietas iuncta est fide, tua quidem malitia mensuram habet, Dei vero clementia, et pietas mensuram non habet. Tua malitia, qualescunque fuerit, humana malitia est, Dei clementia vero est incurvata scripta; ipsa igitur tuam malitiam superat. Cogita scintillam, si in mare ceciderit, num poterit stare, aut apparere? quantum scintilla ad mare se habet, tantum hominis malitia ad Dei clementiam, immo vero, non tam modo, sed et longe supra: nam et pelagus tametsi magnum sit, mensuram habet; Dei vero clementia mensuram non habet. Haec dico, non quod vos desidi oves faciam, sed promptiores reddam; haec d. Chrysostomus. Promptiores tamen intellige ad dolendum, et contristandum illa poenitentiae, et doloris tristitia, de qua d. Paulus (2. Cor. 7) dixit: *Contristati estis secundum Deum, ut in illum detrimentum patiamini.* Sed quaeret quispiam, quomodo verum sit, peccatorum pati detrimentum in Christo ex tristitia pro peccatis, cum potius accipiat internae renovationis luctum? Respondeo, recte haec inter se cohaerere: nam dum gratiae luctum habet, detrimentum patitur temporalis inmunditiae, qua fruebatur in deliciis carnis suae; dicit autem Apostolus, tale detrimentum esse in Christo, quia dolor, seu tristitia, quae secundum Deum est, per quam detrimentum fit fugacis voluptatis, fundatur in Christo, id docente scilicet fieri; et fit propter Christum amissum, quem peccator invenire satagit, immo, et a Christo ipso cooperante cum peccatore, ad contritionis, et doloris tristitiam concipiendam.*

Ad extremum solum restat viam aperire,

HOMILIA VIII.

Deum amissum per peccatum, diligenter esse quaerendum pro dolore, et poenitentiam; bonaque solo spirituali esse sollicito quaerenda, non temporalia; quia haec vacuum relinquunt animam, illam appetitum eius explet, in illa verba: Pater tuus, et ego dolentes quaerebamus te.

Quam pretiosa, ac inestimabilis gemma sit studiosa, ac diligens in hac vita Dei inquisitio, haec praecleara divi Bernardi verba (ser. 4. in Cant.) ingenio, ac pietate tanti Patris digna, luculenter declarant: *Bonum, inquit, quaerere Deum, ego hoc nullis in bonis animae secundum existimo, primum in donis, ultimum in profectibus est virtutum; nulli accedit, cedit nulli, cui accedit, quam nulla praecedat, quae omnium magis consummatio est? quae enim virtus adscribi possit non quaerenti Deum? quaece terminus quaerenti Deum? quaerite, inquit, faciem eius semper: existimo, quia nec si inventus fuerit, cessabitur a quaerendo. Huius coelestis doctrinae exemplo suo, Deipara Maria, Archimagistra mali exitus videtur. Primo, quia licet aliquando non ignorasset, Christum Dominum non prius regressurum in caelum, quam doctrina, et miraculis filium Dei se ostendisset, et humani generis redemptionem perficisset; nihilominus tamen, quantum fuit ex parte sua, institit quantum potuit, ut illum inveniret: quo non obscure docemur, ut quantumcumque fiduciam habeamus in Deo, quod nos ad meliorem frugem reducat, nec defuturum in collatione auxiliorum, quibus, ut convertamur indignemus; nihilominus tamen conandum nobis est, quoad fieri possit, bonis operibus insudare, et cooperantes fieri Dei in conversione nostra. Certe Iacob recte sciebat, et quod Deus arguerat Laban, et quod praecipere ei, ne in via aspererit illi loqueretur, nihilominus tamen ipse humiliter cum illo se habuit: minime etiam ignorabat, Esau nihil mali fore sibi illaturum, fecit tamen, quod in se erat, mittens munera Esau, ut illum placaret, et inveniret gratiam in oculis eius: *Sic loquimini Domino meo Esau.* David quoque certo sciens se regnaturum post Saulem, quia Dominus sibi auxiliabatur, nihilominus fugiebat a facie eius, et abibat ad Achis regem.*

Secundo, quaerendi Deum doctrinam optimam se nobis praebuit b. Virgo, quae, certissime sciens, puerum Iesum non perisire, aut ab itinere, instar aliorum puerorum, ignoranter aberrasse, aut quasi perditum, vagari, cum de eius divinitate multa ei coelitus fuissent patefacta; ingenti tamen dolore percussa, anxie eum quaerebat, et ut adnotavit Origenes (in cap. 2. Lucae): *Quomodo, ait, si quando Scripturas legis, quaeris in eis sensum, cum dolore quodam, non quod Scripturas errasse, aut perperam quid habere arbitreris, sed, quod illae intrinsecus habeant veritatis sermo-*

per quam Christum per contritionem, et dolore inventum, eundem postmodum tenaciter nobiscum conservemus, ad imitationem Virginis, quae cum discessit a Ierusalem, secum tulit filium suum, ut perspicue indicant verba Lucae (cap. 2): *Et descendit cum eis, et erat subditus illis.* Unde illa est vox Virginis (Cant. 3): *Inveni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam: quae enim cum dolore quaesierat, et invenerat, non poterat inventum facile dimittere, sed strictissime apprehensum tenere.* Super quae verba elucidanda Richard. (in cap. 3. Cant.) haec habet: *Tenetur Deus orationis devotione, desiderio, importantate, memoria, prece, fide, et expectatione exauditionis; nec dimittitur, si ab intentione non cesset, nec vultus amplius in diversa mutantur; tenetque dilectum, quomais uxorem non sit, nec dimittit, donec benedixerit ei. Luctatum est cum eo tota nocte, quae dormivit; sed cor eius vigilat, quia sollicitus, ab exteriori occupatione cessavit, et in quaerendo dilectum laboravit.* Sed, et audite quaeso nunc d. Bernard. qui (ser. 79. in Cant.) quaedam de Ecclesia sancta dicit, qui in Virginem mirum in modum conveniunt: *Sanctus patriarcha, non te dimittam, ait, nisi benedixeris mihi, ista non vult eum dimittere, et forte magis quam patriarcha id non vult, quia nec pro benedictione quidem: si quidem illo benedictione accepta dimisit eum; haec autem non sic: nolo, inquit, benedictionem tuam, sed te. Quid enim mihi tenui te, nec dimittam, nec minus forsitan ille teneri vult, cum perhibeat dicens: Deliciae meae esse cum filiis hominum; quid haec lucta fortius, quae una duorum tam vehementer voluntate firmata est? Tenui eum, inquit, sed nihilominus ipsa ab eo tenetur vicissim, quia alibi dicit: Tenuisti manum dexteram meam: quae tenetur, et tenet, quomodo illi cadere potest? haec ille.*

Quibus addo, quod quemadmodum in ordine rerum naturalium, iuxta commune philosophorum, et receptissimum axioma, per quas causas quodcumque nascitur, per easdem et conservatur; ita et in ordine supernaturali per eas causas, per quas Christus amissus invenitur, per easdem prorsus in anima conservatur. Invenisti Iesum pro dolore contritionis, per orationem, per carnis afflictionem, per sacramentorum susceptionem: his semper insiste, haec itera, haec repete, et Iesum conservabis in aeternum, cui cum Patre, et Spiritu sancto sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

nem, et rationem, et tu nequeas invenire quod verum est; ita et illa quaerebat. B. ergo Virgo acerbo dolore quaerens, et inveniens Christum, quem sine culpa amisit, docet nos, qui culpa nostra illam amisimus, amarissimo cordis dolore a nobis esse quaeritandum. Sic enim certissime illam invenimus, immo et cum illo unum efficiuntur: quia qui adhaeret Deo, ut ait Paulus (1. Cor. 6), unus spiritus est, cum eo.

Amiserat quidem olim primus parens divini gratiam, et per peccatum suae praeparationis longe recesserat a Deo; per subsecutum tamen dolorem, et poenitentiam, factus est similis ipsi Deo. Scio quidem, verba illa ipsius Dei (Gen. 3): *Eccc Adam, quasi unus ex nobis factus est*, secundum communem interpretationem intelligunt, exponi ironice: nam, cum serpens dixisset primis parentibus: *eritis sicut Dei*: quo audito Adam consensit diabolice suasioni, et multis miseris obnoxius evasit: tunc Deus videns Adam nudum, et veste indigentem, et aliis multis, quibus in statu innocentiae non egebat, quasi illum irridens, per ironiam dixit (Gen. 3): *Eccc Adam, quasi unus ex nobis factus est*: ac si irrisorie dixisset: non est defraudatus Adam a desiderio suo, cum iam sit, velut alter ego. Scio, inquam, hanc esse huius loci trillam, et receptam explicationem, sed liceat mihi aliter philosophari: opinor enim per illam significari hunc esse mirabilem effectum contritionis, et poenitentiae, ut peccatorem quodammodo convertant in Deum: videns namque Deus Adamum contritum, et poenitentem de patratore scelere, et cilicio ex asperis fici foliis confecto indutum, continuo assertive in illa verba prorupit (Gen. 3): *Eccc Adam, quasi unus ex nobis factus est*, quod perinde fuit, ac si diceret: tanta est virtus contritionis, et poenitentiae, ut Adamum, aliquin praevariatorem, et totius humani generis subversorem, adeo rectificaverit, ut Deo ipsi persimularetur, ad quos sermo Dei factus est (Psal. 51): *Ego dixi: Dei estis, et filii excelsi omnes*. Ut autem Deus praevaverit, ne Adam ab hoc tam sublimi statu iterum laboretur, de ligno prohibito iterato comedens, consulto exulavit eum de paradiso, posuitque ad introitum illius angelum, qui ei ingressum prohiberet: *Ne forte mittat manum suam, et sumat de ligno vitae*: et infra: *Collocavit ante paradisum voluptatis cherubim, et flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitae*. Probe corde agnoscebat hanc mirabilem poenitentiae virtutem s. Ioannes Chrysostomus, cum (hom. 5, ad pop. Antioch.) haec dixit: *Propter hoc enim tristitia facta est, non ut in morte, nec in villa alio re tali doleamus, sed ut ipsa ad delenda peccata utamur. Mulctatus est quispiam pecuniis, tristatus est, mulctam non emendavit; filium amisit, doluit, mortuum non resuscitavit, nec defuncto profuit; flagellatus est quis, atapis caesus, contumeliosis affectus, doluit, non revocavit contumeliam; in morbum quis incidit gravissimum, doluit, morbum non sustulit, sed et difficiliorem reddidit. Vides horum nulli prodesse tristitiam: peccavit quis, tristatus est, pe-*

catum delevit, dissolvit debitum; haecenus d. Chrysostomus.

Hanc eandem poenitentiae virtutem perpendens d. Augustinus (in confession.), seipsum increpabat, quod, cum aliquin legens Didonis mortem fletet, animae suae interitum non doleret: verba eius sunt haec: *Quid enim miserius misero non miserante seipsum, et fletu Didonis mortem, quae fletu amando Aeneam, non fletu autem mortem suam, quae fletu non amando se? Memini, Alexandrum, qui, ut in eius vita refert Plutarchus, cum ebriciate captus esset, Clitum fidelissimum amicum occidens, postea compos sui factus, commissum facinus agnosens, prae magnitudine doloris seipsum interimere tentasse: si ergo occisio amici involuntaria Alexandro ingenlem dolorem intulit, quanto acerbior dolor cor peccatoris occupare debet, quod voluntarie amisit Iesum, immo et Deum suum cruci affixerit, ut ait d. Paulus (ad Heb. 6): *Iterum crucifigentes Iesum? Hic igitur dolor de Christi amissione via certissima est ad eius inventionem, ut sub metaphora viae maris secundum sensum mysticum egregie explicavit David (Psal. 76): In mari via tua, et semitae tuae in aquis multas, et vestigia tua non cognoscuntur*: hoc est, literaliter sensu: Per rubrum mare Deus iter fecisti, populomque tuum per medias pelagi undas deduxisti, nulla vero postea huius itineris vestigia aquis coeuntibus extiterit. Sensu vero morali: In amaro doloris, et poenitentiae mari, via Dei est, quae tamen sub oculorum aspectum minime cadit: etenim per hoc mare Deus ad nos venit, per hoc mare nos Deum quaerimus, et ad eum navigamus. O beatam navigationem, quo non Indicas gemmas, aut aromata, sed ipsam Dei gratiam omnibus gemmis, aromatisque pretiosorem comparamus. In mari rubro Aegyptii omnes demersi sunt, hoc contritionis verae, dolorisque intimi pelago peccata omnia obruntur: (Exod. 14) dicitur: *Nec unum quem superavit ex iis Aegyptiis*. Eandem in modum, et neque unum quidem superest ex peccatis (Sap. 19): *In mari rubro via sine impedimento*: in mari quoque poenitentiae via est ad Deum, coelestemque patriam sine impedimento. Si mortiferum peccatum poenitentia non obruerit, ingent obistente impedimento ad ingressum patriae, tartareis ignibus obrumetur. Memini, quod et hinc argumentum congruit, d. Ambrosium (lib. de Elia, et Iesum, c. 19) pulchre dixisse mercatoribus, qui navigando pecuniam quaerunt: *Mercatorum semen, aqua est messis in fluctibus, fructus ipsi in aqua nunquam tutus, et solidus, est. Horum primum nos de nostris coeli mercatoribus apte eliam dicere possumus, non tamen secundum: sane spirituum mercatorum semen aqua lacrymarum est, messis tamen in fluctibus his tula est et solida, sementem faciunt gratiae in aqua lacrymarum, et sic copiosa illis contigit messis gaudii, et gloriae in fluctibus doloris, iuxta illud (Ps. 125): *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent: evanes ibant, et flevant, mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione, portantales manipulos suos: vides doloris semina? vides exultationis, et gloriae messem?***

Ceterum ad diligentem Dei inquisitionem sermone convertens, illud sane ad eam nos vehementer excitare, immo et impellere debet, quod sola divina charismata, ac coelestia dona possunt appetitum animae satiare. Certius quidem est, quam probatione indigeat, omne illud, quod sinus habet, et plenum non est, naturaliter appetere id, quo, aut secundum veritatem, aut secundum existimationem, repleti potest. Unde cum cor humanum capacissimum sinus habeat, et experientia ipsa compertum sit, plenum non esse bonis, cum tot bona ei desint, consequens est, ut desideris aestuet, et aliquid bonum, quo caret, adipisci peroptet. Quia tamen, ut adipiscatur, necesse est, quaeratur; aliqui quidem interest, ut ea solum inquiratur, quo capacissimos eius sinus explere possint; quoque inquiratur, et operam perdet, et iocanis prorus erit eius labor. Hinc hominis lugenda sane insipientia conspicitur, qui, ut ait Augustinus (ser. 30 de sanctis), *gaudere desiderat, sed non ibi quaerit gaudium, ubi oportet inquiri*. Videamus igitur nunc quae sint bona sinus animae postea apte explenda, quae vero non; ut haec abiciamus, illa impense quaeramus. Equidem temporalia, quae soli corpori inserviunt, non posse cor humanum satiare, multum argumentis haud difficile est convincere. Primo, quia quemadmodum vestis ad mensuram pueri contexta gigante non operit, et receptaculum annali pro carbunculo elaboratum minor gemma non replet, et lac in cibum infantium a natura paratum homines robustos nullo modo sustentat: sic corporalia, quae ad velandum, et fovendum posillum, et imbecillum corpus data sunt, mentem usque in coelum caput attolentem non continent, et capacitate eius ad capiendum summum bonum conditam non explent, et velut gutta lacis exiguae spiritui forti, atque robusto nequaquam sufficiunt.

Secundo, quia cum anima sit generosa, ut pole facta ad Dei imaginem, et similitudinem, immo, et ex genere Dei oriunda, ut ait Apostolus (Acor. 17): *Ipsius enim et genus sumus, non potest vilibus, et abiectis rebus appetitus eius expleri*; villa autem esse, vana, et caduca, temporalia huius saeculi bona, eleganter explicat d. Gregorius (lib. 17. Moral. cap. 5), dum eas rerum exiguarum, ac inanum, et simulcissime deficiendum naturis comparat: *Iniquorum potentia, alii, fœni floribus comparatur, quia nimirum carnalis gloria, dum nitet, cadit, dum apud se extollitur, repentino intercepta fine terminatur: sic namque aurarum statu in alium stipula rapitur, sed casu concito ad inna revocatur; sic ad mobilia funus attollitur, sed repente in nihilum tumescendo dissipatur; sic ab infans nebula sursum ascendendo se erigit, sed exortus hanc solis radius, ac si non fuerit, abstrigit. Sic in herbarum superficis nocturni roris humor aspergitur, sed diurni luminis subito calore stercitur; sic spumosae aquarum bullae inchoantibus pluviiis excitatae ab intimis certatim prodeunt, sed eo celerius disruptae deperunt, quo inflatae citius extenduntur. Cumque exerescent, ut appareant, crescendo peragunt, ne subsistant. De iniquis igitur tem-*

poralis gloriae elationis tumebitibus, sed tamen nulla in hac soliditate durantibus, dicitur recte: Elevati sunt ad modicum, et non subsistant; haecenus d. Gregorius.

Videbimus eos, qui harum rerum amore tententur, figuratos in Iona, cui praeparavit Dominus haederam, ut eam ab aestu protegeret: *Et laetus est Ionas super haederam laetitia magna*. Quanta res est haederam, ut ex eius praesentia tantam Ionas laetitiam acciperet? Sic sunt homines rerum terrenarum amatores, qui ex rebus nullius momenti ita laetantur, ac si aliquid pertinet ad salutem aeternam acquisivissent; et non advertunt miseri, quia rebus velut somnia transiturae sunt, et eos, vacuos, et tristes relintrae: nam, simul cum haederam praeparavit Dominus vermem (Ion. 4): *Ascendit diluculo in crastinum, et percussit haederam, et exaruit*: quo datur intelligi, quod simul cum prosperitate temporali vermis enascitur, quoniam eo ipso, quod corruptio subiecta est, intus habet, quo cito consumitur: quis putaret, haederam heri natam, hodie subito casuram, et prophetam esse illo umbraculo permanurum, ut solis calore aestuaret, et quod peius est, igne indignationis arderet? sed quis non putaret? cum ista sit omnium rerum visibilibus conditio, ut velut fumus facile evanescent?

Tertio, quia bona omnia terrena, quantumcumque praestantissima sint, non sunt sufficientia alimenta ad congruum hominis sustentationem, et consequenter nullo minus apta erunt ad mentem humanam satiantiam; tum quia calor spiritus immo stomachi adeo vehementis est, ut quasi in momento omnia corruptibilia consumat, et continuo, ac si nihil degulisset, fame labescat. Contingit enim ei illud, quod somniant, cuius meminit Isaias, dum (cap. 26) ait: *Sicut somnians esuriens, et comedit; cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: et sicut somnians silens, et bibit: et postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sedit, et anima eius vacua est*. Si igitur bona temporalia sunt velut cibi suavissimi, et vina pretiosissima pro somnium tantum sumpta, manifeste relinquuntur, quod sicut haec famelicus, et siti-bundo non satisfaciunt, ita nec illa mentem humanam satiare possunt.

Quarto, quia cum multis laboribus, et miseris, velut spinis, involuta sint, impossibile est, ut verum gaudium secum afferant. Quantumvis enim prophanus homines divitiis, et honoribus abundant, amor tamen augendi divitiarum, et conservandi honores, est illis aeternum, et timor amittendi est fel, quibus duobus saltementum quoddam amarum adeo, et insipidum conficitur, ut omne, quantumcumque dulcè, cui super inicitur, absinthio horribilius ac detestabilius reddatur. Haec perpendens b. Laurent. Iustinianus in ligno vitae (tract. de paupert. cap. 3) praecclare dixit: *Si pecuniam congregare concaberis, eripies habentem, aut cupiditatis laceberis: si dignitatibus fulgere velis, danti supplicabis; et qui praere ceteros cupis, poscendi humilitate erubesces. Si potentiam desideres, subiectorum insidiis opprobriis, periculose subiaceris. Si gloriam appetas, per aspera*

quaeque distractus, quietus, et securus esse desistat. Si voluptuosam vitam eligis, quis non spernat, atque abicit vilissimae, fragilissimaeque rei, corporis scilicet, securus esse? Necesse igitur est fateri, omnia haec temporalia bona non posse mentem humanam satiare. Ex quo aperte infero, pulchre sane Richardum (*ser. de Spir. sanct.*) antiquorum philosophorum sententiam correxisse, qui hominem mundum parvum appellarunt, qui potius mundus maximus vocandus esset: quoniam totius mundi possessio sinus, et recessus mentis humanae non replet. Nonne, inquit, philosophi videntur errasse, qui hominem microcosmum, idest minorem mundum, dicebant? Numquid nam obscuro non merito, maior mundus dicendus est humanis illis animis, qui mundo utique maior est, quem totus mundus nulla sui dilatazione, nulla sui multiplicatione satiare potest? Si ergo humanus animus maior, et capax est mundo isto visibili, qui omnia bona terrena in se claudit, manifestum est, non posse omnia illa capacissimos eius sinus implere, et appetitum eius plene satiare. Avarus non satiatur dititibus, etiam si universum mundum ipse possidet, cum scriptum sit: Avarus non impletur pecunia, et qui amat dititibus, fructum non capiet ex eis. Libidinis amator non satiatur voluptatibus, cum Salomon dicat: Omnia quae desideraverunt oculi mei, non negavi eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, et oblectaret se in his, quae preparaveram: et vidi in omnibus vanitatem, et afflictionem animi. Certe, qui post tot delicias, vanus, inanisque remansit, satis indicat, ad satietatem quaesitam non venisse. Ambitiosus, nec honoribus, nec regnis, nec imperio satiatur. Alexander quidem, ut refert Plutarchus in eius vita, uno mundo subigato, nequaquam ad satietatem usque imperandi pervenit; sed audiens quendam philosophum disputantem, et plures esse mundos adstruentem, tristatus est, atque in lacrymas resolutus, quod ipse inter tot mundos, vix uni tantum imperasset, et suis bellis plures non subegisset. Hos omnes, quos hucusque retuli temporalium bonorum avidissimos amatores, nunquam tamen ab eis satietatis elegantem describit d. Bernardus (*sermon. super Ecce nos reliquimus omnia*): ubi quamdam mirabilem visionem in haec verba narrat: Vidi ego aliquando quinque viros, quidam phreneticos arbitror? primus siquidem buccis tumulentibus marinam masticabat arenam, secundus sulphureo adstans locuti, exhalantem teterrimum, foetidissimumque gestiebat haurire vaporem: porro tertius fornaci incubans vehementer accensae micantes scintillas hiantibus excipere faucibus laetabatur: quartus supra pinnaculum templi residens levioris aerae spiritum aperto attraheret ore, et si quominus infuere videretur, fabello ventum ipse ciebat, ac si totum speraret aeraem deglutire: quintus scorum positus ridebat celorum, ipse quoque ridendus, et maxime; proprias animas carnes incredibili quodam studio sugere laborabat, nunc manus, nunc brachium, nunc alias partes applicans ori, miseratus homines, causamque sciscitatus a singulis, unam omnibus esse reperio, validissimam utique famem: tunc vero macilentissimas eorum facies contemplantus,

recordabar prophetae gementis miserabiliter, et dicentis: Arui cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.

Haec ergo bona, tum a Salomone, tum a d. Bernardo hucusque commemorata, in quacumque etiam ingenti mensura accepta, non sunt sufficiens cibis ad animae appetitum satiantium, et explendum: alius cibis nobis inquirendus est, qui famem eius expleat. Hic certe nullus alius est, quam relictio vitae, integritas morum, iustitia, et sanctitas, ut his praeclearis verbis docuit d. Bernardus (*praec. loc.*): Quid haec bona prosunt? non sunt naturales cibi, magis famem haec provocant, quam extingunt: panis namque animi iustitia est, et soli beati, qui esuriant illum, quoniam ipsi saturabuntur: nimirum ad imaginem Dei facta anima rationalis, ceteris omnibus occupari potest, repleri omnino non potest. Capacem Dei, quicquid Deo minus est, non implet: et (*lib. de dilig. Deum*) eandem doctrinam confirmans haec scripsit: Iustitia ratione utentis spiritus, cibus est vitalis et naturalis, pecunia vero sic non replet, vel minuit animi famem, quomodo nec corporis ventus. Denique si famelicum hominem apertis faucibus vento inflatis, haurire buccis aerae cernas, quo quasi consulat fami, nunc credas insanire? sic, non minor insanie est, si spiritum rationalem rebus putes quibuscumque corporalibus non magis infari, quam satiari; quid namque de corporalibus ad spiritualia? nec illa sane spiritualibus, nec isti e regione refecti corporalibus quunt. Unde quod Raphael angelus Tobiae dixit (*cap. 11*): Videbar quidem vobiscum manducare, et bibere, sed ego cibo invisibili, et potu, qui ab hominibus videri non potest, utor: idem potest quilibet homo dicere, qui licet videatur terrenis rebus impleri, tamen, quod ad animam pertinet, non sustentatur, nisi invisibili cibo virtutis, et veritatis. Quare promittens Dominus cibum homini legem custodiendi, ait (*Isai. 58*): Cibo te haereditate Jacob patris tui. Haereditas Jacob in hac vita iustitia fuit, sanctitas, et gratia, in alia vero gloria, quae in clara Dei visione consistit. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMLIA IX.

Prosequimur idem argumentum ex evangelica lectione, docentes, quo tempore, et quo loco sit quaerendus Deus; prius tamen supponimus, neminem posse quaerere Deum, nisi prius quaeratur a Deo.

Quemadmodum neminem congligi derelinqui a Deo, nisi prius ipse derelinquat eum, ut docet sacrum concilium Tridentinum; ita e contra, nemo potest quaerere Deum, nisi prius ipse quaeratur ab eo, ut non obscure regius Vates significavit (*Psalm. 77*) dicens: Recordatus est, quia caro sum, spiritus vadens, et non rediens: licet enim in sensu literali verba haec intelligantur de vento, qui egreditur a corpore, nec ad ipsum redire po-

test, nisi divina potentia illum intus mittat, d. tamen Bernardus (*ser. 84. in Cant.*) in sensu mystico illa intelligens de anima, seu spiritu nostro, qui si semel a Deo se avertat, non potest ad Deum redire, nisi divina virtus illum ad se revocet: verba haec scripsit: *Quaerit anima mea verbum, sed quae a verbo prius quaesita sit, alioquin semel a facie verbi egressa, vel eiecia, non revertetur oribus eius, ut videat bona, si non requiratur a verbo: quasi vero aliud anima nostra sit, quam spiritus vadens, et non rediens, si sibi fuerit derelicta; haec illo.*

Quemadmodum enim ovis, quae perit, nisi a pastore quaeratur, facile luporum dentibus dilaniatur; sic anima nostra, nisi a Deo misericorditer quaeratur, tartarei lupi unguibus discerpitur; et ideo ut Deum quaerere sciamus, quae omnium scientiarum optima esse perhibetur, oportet, enixe a Deo flagitemus, ut errantem ovem ipse quaerat, cum Davide (*Psalm. 118*) clamantes: *Erravi, sicut ovis, quae perit: quaere servum tuum. Ut tamen Deum cum labore quaerentes, cum gaudio inveniamus, oportet observemus circumstantias temporis, et loci, quo scilicet tempore, et quo loco sit quaerendus.*

De tempore opportuno quaerendi per Isaiam admonemur (*cap. 55*): *Quaerite Dominum, dum inveniri potest: invocate eum, dum prope est. Ad hoc respiciens d. Bernardus (*serm. 75. in Cant.*) peccatorem vitibus suis inveteratum in hunc modum alloquitur: *Quam tibi somnias proventuram inter ardores sempiternos facultatem veniam promerendi, cum iam transit tempus miserandi? non reliquitur tibi hostia pro peccatis, mortuo in peccatis. Licet autem poenitentia sit apud inferos, Salomone de damatiis dicente (*Sap. 5*): Poenitentiam agentes, et prae angustia spiritus gementes; illa tamen est infructuosa, ut (*in commentario huius loci*) explicat Lyranus. Unde recte doctissimus Aleuinus (*lib. de virtut. et vit. cap. de Conf.*) dixit: *Tempus est nunc remissionis poenitentibus, tempus erit post mortem vindictae, confiteri scelera negligentibus. Omnes enim impii amarum habent in tormentis poenitentiam, sed non proficit eis ad remissionem poenitentia: torquet eos ad augmentum poenarum, quas patiuntur conscientia. Vult igitur Deus quaeri, sed intra triduum, ad imitationem Virginis, Filium intra triduum quaerentis, et invenientis. Prima dies fuit tempus legis naturae, in qua patriarchae illi, Noe, Abraham, Isaac Deum quaesierunt, et inveniunt. Secunda dies fuit lex scripta, in qua sancti prophetae et magistri populi Israelitici, ut Moyses, Aaron, David, Isaias, Ieremias, et reliqui diligenter Deum inquisierunt: et divino afflante spiritu, non sunt defraudati a desiderio invenienda. Tertia dies est tempus legis gratiae, intra quod uniceique praefixum est tempus vitae, in quo dumtaxat licet uniceique Deum quaerere, et invenire. Quarta vero dies tempus est post hac vitam, in quo quantumcumque quispiam nitatur quaerere Deum, non inveniet, iuxta illud Christi (*Joan. 7*): *Quaeritis me, et non invenietis. Licet enim damati Christum Dominum invenierint severe iudicantem post hac vitam, non tamen inve-****

nient tanquam patrem miserantem. In cuius figuram (*lib. 2. Reg. 14*) legitimus, quod Absalon usque ad annum tertium regem David videre non potuit; in quarto autem anno ipsum non invenit, sed tribus lanceis vulneratus fuit. Homo quidem, qui Deum non invenit in tempore legis naturae, nec in tempore legis scriptae, nec etiam in tempore legis gratiae; in quarto tandem tempore, post hac vitam, Deum non invenit ad poenitentiam, sed ad poenam, quia tunc etiam tribus lanceis vulnerabitur. Una lancea est vermis conscientiae, Isai dicente (*c. 2*): *Vermis eorum non morietur. Secunda ignis gehennae, eodem propheta attestante: Ignis eorum non extinguetur. Tertia privatio visionis divinae, iuxta illud eiusdem Vatic: Tollatur impius, non videat gloriam Dei.*

Porro istud eliam triduum aliter interpretari possumus cum Orig. (*in c. 3. Erod.*), ubi explicans verba illa in sensu mystico: *Fili Israel volentes exire Aegyptum, dicebant Pharaoni: Fiam triduum dierum itineris ibimus, ad sacrificandum Domino Deo nostro: haec erudit scriptis: Non vult Moses, ut serviat populus in Aegypto, Domino; sed ut exeat ex Aegypto in desertum, et ibi serviat Domino; hoc sine dubio ideo evenit, quia donec quis in tenebris saeculi actibus imbutus, et in negotiorum obscuritate versatur, non potest servire Domino: non enim potest servire Deo, et mammonae. Exeundum est ergo de Aegypto, relinquendus est mundus; relinquendus, dico, non loco, sed animo, non itinere, sed fide viva proficiendo. Audi haec edoce Ioannem dicentem (*1. Joan. 2*): *Filioli nolite diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt, quoniam omne quod in mundo est, aut est desiderium carnis, aut desiderium oculorum, aut superbia vitae. Quomodo autem inquit proficiet ex Aegypto, sequitur: Fiam, inquit, triduum dierum ibimus in egyptum. Quae est via trium dierum, quae nobis incedenda est, ut exeat de Aegypto, pervenire possimus ad locum, in quo immolare debemus? Ego viam illum intelligo, qui dicit: Ego sum via, veritas, et vita. Haec via tribus diebus nobis incedenda est; qui enim confessus fuerit in ore suo Dominum Iesum Christum, et crediderit in corde suo, quod Deus illum suscitavit a mortuis tertia die, salvus erit. Haec ergo est tridui via, per quam pervenitur ad locum, in quo Domino immoletur, et reddatur sacrificium laudis. Hec quantum ad mysticum intellectum. Si vero etiam moralem, qui nobis perutilis est, requiramus: iter tridui de Aegypto proficemur, si ita nos ab omni inquinamento corporis, animae, et spiritus conseremus, quemadmodum dixit Apostolus: *Integer spiritus, et anima, et corpus nostrum servetur in diem Domini nostri Iesu Christi. Tridui iter proficemur de Aegypto, si rationalem, et moralem sapientiam a rebus mundanis auferentes, ad statuta divina convertimus. Tridui iter proficemur de Aegypto, si purificantes in nobis dicta, facta, et cogitata, spiritualia opera in nobis compleamus. Tria enim sunt haec, per quae homines peccare possunt. Efficiamur mundi ordines, ut possimus Deum videre; haec sunt Ieremias.***

Cur autem per triduum voluerit Christus Do-

minus absens fieri a matre, et ab ea per triduum quaeri? multum cum rationem huius esse existimant, quod ternarius numerus sacer valde sit in sacris literis, et multis mysteriis gravior: tres enim sunt divinae personae in una essentia: tres sunt hierarchiae coelestes: tres sunt praeceptiva potentiae angelicorum spirituum, et etiam hominum, nempe, intellectus, voluntas, et memoria. Triplex, secundum Aristotelis sententiam, est anima, vegetativa scilicet, sensitiva, et rationalis. Tribus, nimirum principio, medio, et fine omnia determinantur, iuxta Pythagoraeorum placitum. Tres dies postulat Moyses a Pharaone, ut sacrificet Deo suo populus hebraeus. Tertia die gravissimus vulnerum dolor est in circumcisis. Triduum postulat foemina Iudith ad orandum Deum suum. Tres viri apparent Abrahamo, prope tabernaculum eius. Tres propagines vitis, ae tria canistra farinae somniarunt famuli Pharaonis. Tribus mensibus absconditus est Moyses, ne interficeretur ab Aegyptiis. Tres viri fortes irruerunt, ut adducerent aquam David de cisterna Betelehem. Tres fuerunt viri fortiores inter omnes duces, et milites fortissimos regis David. Tribus conficiuntur veneranda Ecclesiae sacramenta: forma, materia, et intentio. Tres sunt omnium virtutum maxime: Fides, Spes, Caritas. Trium dierum spatio stetit Ionas in ventre cele. Tertio die pavit turbas Christus Dominus in deserto (Math. 15): *Ecce, iam triduum, inquit ille, sustinent me, nec habent quod manducent.* Ac tandem tertio die voluit idem a mortuis resurgere. Latet igitur mysterium in his verbis, post triduum. Unde eleganter d. Ambrosius (in com. hui. loc.): *Post triduum, inquit, reperitur in templo, ut esset indicio, quia post triduum triumphalis illius passionis in sede coelesti, et honore facti nostrae se resurrectionem offert, qui mortuus credebatur.* Ac tandem alii volunt, consulto per triduum voluisse quaeri Christum Dominum, ad praefigurandum, per triduum, contritionis, confessionis, et satisfactionis, quae sunt tres partes substantiales sacramenti poenitentiae, nobis quaerendum esse.

Ceterum, iam investigemus circumstantiam loci, ubinam sit quaerendus Iesus, ut inveniat. Sacer Evangelista id notificat, dum testatur in templo Ierosolymae fuisse quaesitum, et inventum a Virgine: *Invenient illum in templo: necnon dum asserit, reperit inter doctores, sedentem in medio doctorum.* De his duobus, ad mores nostros ea convertentes, parumper, si placet, disseramus. Unaquaeque res propria sibi loca vindicat. Pisces habitant in aqua, ferae in desertis, cervi in montibus, pecora in pascuis, volucres in aere, vel in nidis, fructus in arboribus, Christus in templo Ierusalem, quae *visio pacis* interpretatur: quia, ut ait David (Psal. 75): *In pace factus est locus eius; nec nisi inter filios pacis habitat, ut loquitur Paulus (1. Cor. 14): Non enim est Deus dissensionis, sed pacis.* Unde suos monuit illis in domibus manere, in quibus esset filius pacis. Et sane, cum Dominus dicat (Luc. 10): *Coelum mihi sedes est, et aliunde, templum Dei sit coelum, ut Iacob dixit (Genes.*

28): *Terribilis est locus iste: vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta caeli; nulli aptius in hac vita quaeri potest Deus, quam in templo.* Unde d. Chrysostomus (homil. 36. in epist. ad Corinth.) ait: *Ecclesia locus est angelorum, locus archangelorum, regnum Dei, ipsum coelum.* Quare et d. Basilus (homil. 33. in cap. 10. Math.) agens de templo, et de coelo, in hunc modum loquitur: *Hic magna nobis sunt possessiones, hic omnis spes nostra sita est: omnia quae hic sunt, sublimia certe sunt; haec Basilus. Tacet quidem ille quae sint haec sublimia; mihi autem non licet ea silentio praeterire, sed minutim potius commemorare. In sacris templis adsunt in primis mortuorum sepulcra, quae sunt velut specula, in quibus humanae conditionis fragilitatem, et corruptibilitatem prospicimus, memorare efficitur illius sententiae, divino ore contra nos prolatae (Gen. 3): Pulpis es, et in pulverem reverteris. Cuius rei memoria quam utilis sit, testatur Sapiens, dum ait (Ecc. 7): Memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis. Adest ibi fons patens sacri baptismatis, in ablutionem peccati originalis: adest lavacrum aquae lustralis, seu benedictae, qua absterguuntur sordes peccatorum venialium: adest mysticum mare rubrum amarae poenitentiae, cuius sacramenti beneficio, velut olim Aegyptii in mari rubro, peccatorum scelera in rubro sanguinis Christi mari suffocantur: adest ibi opulenta mensa tum Verbi divini, tum Corporis Christi, quibus cibantur famelicis, et spiritualiter nuntiantur: adest ibi sacrificium incrementum immaculati agni, qui per manus sacerdotum secundum ordinem Melchisedech, sub specie panis et vini quotidie Deo Patri offertur in remissionem peccatorum nostrorum: adsunt ibi Dei, et sanctorum imagines, quae praeclara eorum gesta nobis in memoriam revocant, et ad eorum auxilium invocandum nos oscitantes excitant: adsunt auriculares confessores, animarum medici experti, ad medendum infirmitatibus nostris. Quid plura? Templum est civitas refugii, similis illis tribus, quas olim Dominus (Deut. 15) separare iussit, ut ad eas malefici confugientes, ab omni supplicio immunes essent. In cuius etiam figuram Salomon voluit, ostia, per quae ingressus patebat ad templum, ex lignis olivarum esse affabrefacta, ut per id significaret, ingredientibus templum ad orandum, victoriam de hostibus suis, et misericordiam a Deo consequuturos: oliva enim semper fuit symbolum utriusque, et victoriae, et misericordiae. Ac tandem templum ipsum officio quaedam est, et quasi compendium eorum bonorum, quibus ad aeternam felicitatem consequendam indigemus, ibi interius renovatur, ibi vulnera nostra sanantur, ibi paschim incorruptibili cibo, ibi continemur, pectora tundentes, ibi peccata deflemus, crimina confitemur, verbum Dei auscultamus, divinis inspirationibus tangimur, orationi vacamus, quia dictum est (Math. 21): *Domus mea, domus orationis est: ibi obsecrantes exaudimur, multisque beneficiis divinitus cumulamur.* Quod probe agnoscens David desiderabat templo Domini fre-*

quenter assistere, quasi iustitiam, et sanctitatem in eo inventurus. Quare (Ps. 117) dicebat: *Aperite mihi portas iustitiae: ingressus in eas, confitebor Domino. Haec porta Domini, iusti intrabunt in eam.* Portas quidem iustitiae vocabat templi ianuas, quia in templo adsunt ea, quibus opus habemus ad nostram iustificationem, et sanctificationem. Cum ergo templum sanctum Dei ingredimini, ne quaeso decedatis vacui, ubi tam ingens coelestium bonorum thesaurus patet; sed coelestibus divitiis repleti, iuxta illud eiusdem Davidis (Ps. 64): *Replebitur in bonis domus tuae; Hieronymus vertit: Replebitur sanctificatione templi tui.* Felix, qui hoc repletur bono, felix qui templi sanctificatione repletus, domum abiit. Ecclesia, ait Chrysostomus (hom. prima in Gen.), quia quidem est medicinae spiritualis, et eos, qui huc veniunt, decet ne demum redeant, nisi congrua remedia acceperint, illaque suis vulneribus adhaerent.

Haec et alia innumera sunt, quibus sacra templa sciant, non ignorantes quidam fideles, etiam cum vitae discrimine sacras aedes ingredi non dubitant. Ut enim refert Victor Utiensis (lib. 2. de persecut. Vandal. in princ.), cum impius Hunnericus rex constitisset in Africa tortores, qui templa adeuntes atroci poena punirent: nemo tamen ab ingressu templi se abstinerebat, quantumvis acerrime torquerentur: verba illius haec sunt: *Statuit Hunnericus portas Ecclesiae collocare tortores, qui videntes foeminam, vel masculum in specie suae gentis ambulantem, illico palis minoribus dentatis iactis in capite, crinibusque in eisdem colligatis, ac vehementius stringentes, simul cum capillis omnem pelliculam capitis auferent. Nonnulli, dum hoc ferret, statim oculos amiserunt: alii ipso dolore defuncti sunt. Mulieres vero post hanc poenam, capitibus pelle nudatis, praecone praecunte per plateas, ad ostensionem totius civitatis ducebantur. Quod sitibi, quae magis patiebantur, lucrum maximum computabant; quorum nos plurimos novimus, nescimus tamen aliquem eorum, etiam poenis urgentibus, a recto itinere destitisse; haec Victor Utiensis. Vides, christiane auditor, quanto olim ardore a fidelibus ad templa perpleratum sit, nec illis tormentis homines inde potuisse arce.*

Atque hinc, ut id obiter dicam, facile deprehenditur, quam sit ingens delirium haereticorum, Calvinistarum, et Lutheranorum, qui tanquam legitimi haereticos impij Ieroboam, de quo Iosephus (1. Ant. c. 8) narrat, quod erectis duobus vitulis, universo populo suadebat, ut amplius ad Salomonis templum non accederet, ipsi non venirent effulire, supervacuum esse, templa ad quaerendum et orandum Deum adire, cum Deus ubique sit, et ob suam immensitatem omni loco praesentissimus. Ab his enim impijs haereticis interrogarem ego: Si templum non est adendum, ut quid Deus praecepit, sibi Ierolymis aedificari templum? ut quid David adeo desideravit illud extruere, ut diceret, *non daturum oculis suis somnum, nec palpebris dormitionem, quousque inveniret tabernaculum Deo*

Iacob? Ut quid Salomon tot expensis, et gravissimis sumptibus auri, et argenti, magnificentissimum illud templum tanto labore erexit? Ut quid nunc Iesus, Maria, et Ioseph ascendunt in templum, cum non ignorarent, ubique existere Deum, qui precis extra templum exaudiat? Ut quid tandem Apostoli, Petrus, et Ioannes ibant in templum, ad horam orationis novae? Certae catholici fateantur, Deum ubique esse, in templo tamen specialia ratione adesse; tum quia in Eucharistia adest Verbum divinum incarnatum; tum quia, etiam deficiente Eucharistia, adest Deus in sacris aedibus, promptior ad exaudiendas deprecantium preces.

Ac profecto, si Deus non esset in templo peculiariter et singulari aliqua ratione magis quam in reliquis aliis locis, haud ita sollicitus fuisset Paulus praecipere mulieribus, ut dum in templo versarentur, caput suum propter angelos tegerent: nam certe angeli castodes adsunt in domibus ibant prophantis, et sic oporteret illi velare capita sua. Quia ergo Dominus specialia ratione in templo adest, et ibi specialiter ab angelis adoratur, qui regi suo, tanquam in regio cubiculo, assistunt; idcirco foeminas caput operire iubet, propter angelorum, Deo ibi assistentium, reverentiam. Unde divus Chrysostomus (serm. prim. cae vigint. var.), qui habentur tomo primo, inter alia innumera bona, quae in templo adsunt, praesentiam seraphinorum alia facient legentium commemorat in haec verba: *Mensa mysteriis instructa est, et agnus Dei pro te immolatur, Sacerdos pro te angitur; ignis spiritualis ex sacra mensa refuit, sex alia faciem regentes, omnes incorporeae virtutes, pro te cum Sacerdote intercedunt, ignis spiritualis et coelo descendit, sanguis in cratera, in tuam purificationem, et immaculato latere haustus est; haec divus Chrysostomus.*

Deinde hodierni evangelii lectio nos docet, quaerendum nobis esse Deum inter doctores (Luc. 2): *Invenient illum in templo, in medio doctorum.* Tam parentes Christi, quem nos, amissimus Christum per ignorantiam, sed diversa ratione: illi enim amiserunt illum per ignorantiam inculpabilem, ut aperte dicunt verba divi Lucae: nam postquam dixit: *Non cognoverunt parentes eius, continuo subiunxit, existimantes illum esse in comatu; nos autem amittimus illum per ignorantiam culpabilem, iuxta illud Isaiae (cap. 5): Captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.* Quamvis enim quaedam peccata committantur ex malitia, alia ex fragilitate: omnis tamen quicumque peccat, praecite errat, iuxta sententiam Aristotelis (4. Ethic. dicens: *Omnis peccans est ignorans; quatenus videlicet, semper quod peccat, eligit sub ratione boni, quia nemo respiciens ad malum, operatur, quod turpe et peccaminosum est, in quo valde errat.* De quo genere erroris loquens Salomon (Sap. cap. 5) ait: *Ergo erravimus a via veritatis.* Cum igitur id, quod per ignorantiam amittitur, per scientiam soleat acquiri, et restaurari; necesse est, ut Deum quaeramus in medio doctorum, inter sapientes, qui ignorantiae nostrae tenebras doctrinae suae luce expellant: illi enim

nos docent, quod olim Raphael consulit Tobias (cap. 6): *Excetera piscem, et tolle filii bonum enim est ad visum: sic non excetera debemus peccatum, ut videre possimus fel, et amaritudinem eius; sic namque expellimus ingratiam, et ad videndum obscurotatem, et foeditatem peccati, oculos aperimus.*

Hanc salubrem doctrinam quaerenti Deum inter doctores, reperio docuisse sponsam in suo epithalamio: nam postquam illa (cap. 1) eum in hunc modum deprecatur: *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum, cupiebat enim illa Dominum invenire, ne vagari cogeretur, respondet ei sponsus, o-
pus esse ad sodales pastores, idest doctores i-
re, ut ipsum reperiat: Si ignoras, inquit, te o pulcherrima inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum tuorum, et pascas haedos tuos iuxta tabernacula pastorum: si, inquit, ignorantia tui laboras, et ubi ego in meridie cubem, et ubi pascam scire cupis, duc greges tuos in pascua, et pascas illos iuxta tabernacula pastorum, ubi ego pascam, illi te docebunt, etenim cum illis quoque pascas. Greges habemus magno cogitationum, verborum, desideriorum, et operum; ne autem in venenata pascua incidant, iuxta tabernacula pastorum Ecclesiae pascendi sunt: ad doctorem, sanctorumque Patrum rura duendi. Hinc Salomon monet (Sup. 6): *Si vidideris senatum, exiit ad illum; cuius rationem reddens (cap. 13) inquit: Qui cum sapientibus gradatur, sapiens erit. Immo et Cicero (lib. de amicit.) solo naturae lumine illustratus, fatetur, se a senis Scevola latere, quantum potuit, nunquam discessisse, ut ad eo edoceret, et illuminaretur. Nec refert, si quandoque doctores tibi consulendi, sint improbi, dummodo sapientes, ut his verbis docuit d. Augustinus (lib. de doctr. Christ.): *Audiuntur utiliter, qui utiliter non agunt; tua enim quaerere student, sed sua docere non audent, et illa cathedra Moyses cogit eos bona dicere, etiam non bona facientes, qui solum a bonis volunt addiscere, similes sunt illis, qui in scipis argentis, vel auris tantum volunt bibere, et in purpureis saccis frumentum recipere, quorum profecto silis, fameseque miseratione digna non est.***

Ceterum, doctrinam hanc cum illo grano salis intelligendam censeo, cum scilicet non inveniuntur doctores probi: si enim inveniuntur sapientes pariter, et probi, illi sunt adendum, et consulendi, improbis dimissis, ut variis in locis docuit d. Ambrosius, praesertim tamen (lib. 1. offic. cap. 17), ubi ait: *Talis debet esse, qui consilium alteri dat, ut seipsum formam aliter praebet ad exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate, ut sit eius sermo salutaris, atque irreprensibilis, consilium utile, vita honesta, sententia decora: et (cap. 8) ait: *Huiusmodi viro salutem nostram, et existimationem committimus, qui sit iustus, et prudens: facit enim iustitia, ut nullus sit fraudis metus: facit etiam prudentia, ut nullus sit erroris suspitio: et (cap. 12) haec scribit: *Quis in coeno fontem requirat? quis e turbida aqua potum petat? itaque ubi luxuria est, ubi intemperantia, ubi vitiorum confusio, quis inde sibi a-***

liquid hauriendum existimet? quis utilem causae alienae iudicet, quem videt inutilem vitam suam? haecenus divus Ambrosius.

Verum, et illud silentio praeterendum non est, Evangelistam non dixisse inventum fuisse Iesum inter doctores, sed in medio doctorum: in hoc enim, secundum mysticum sensum, documentum laet, instruens nos, ubi quaerendus, et inveniendus sit a nobis Iesus. Saepem in sacris eloquiis in medio legimus Iesum constitutum; in medio veris conceptus est, in medio hyemis natus, in medio noctis ab angelis in Bethleem visitatus, in medio duorum animalium in praeseptio locatus, in medio doctorum inventus, in medio latronum in crucem actus, in medio terrae salutem operatus, in medio discipulorum post resurrectionem repositus, qui ab aeterno inter divinas personas medius est, et inter Deum, et homines sollicitus mediator. Opinor enim, Iesum toties medium locum eligentem, nos instruere voluisse ab extremis vitiis nobis fugiendum, mediumque virtutis inter illa amplectendum, ne per excessum, aut defectum divinam legem transgrediamur, sed mediam viam virtutis ingredientem, per eam illum quaeramus. securi, quod ab illa non deviantes, certo illum inveniemus.

Oportet tamen, ut quemadmodum b. Virgo, cum primum agnovit absentiam filii sui, continuo absque ulla cunctatione coepit illum quaerere, ita et nos cum agnovimus per peccatum, Deum amisisse, confestim sine mora, et absque aliqua dilatione illum quaeramus per poenitentiam. Quod quia non aliter efficacius me persuadere potuisse censui peccatoribus, quam si doctrinam magis Basilii eius ante oculos ponerem, ideoque quae ipse in hoc genere argumenti singulari eruditione scripsit, licet non pauca, hic adscribere non sum gravatus. Ille (homil. 13. inter varias, quae in prim. tom. scripsit) ita loquitur ad peccatorem conversionem sua de die in diem procrastinantiem: *Vide, ne longiorem tibi vitam pollicendo, spe decidas; necis quid crastina sit adfectura, ne tibi quae non tua sunt, in tua putes esse potestate; ad vitam te, homo, vocamus, quid vocationem fugis? ad bonorum participationem invitatus, quid Dominum tam egregium negligis? Regnum coelorum praeparatur, ipse, qui vocat, minime fallax, via facilis, non tempore, non sumptu, non negotio tandem opus, quid moraris? Iugum, inquam, bonum, ac leve est; minime oberens colla, non vincit, sed prolat cervicem sponte ferentem. Subde cor indomitum. Sis Christi inuentum, ne ab hoc immuni iugo, neve inconcessam quaerens vitae libertatem a feris deprehendaris. Custate, et videle, quoniam suavis est Dominus; mellis namque suavitatis metus ignorantibus nunciari, quam per degustationem non poterit, quod sensus omni sermone sit effector. Ad circumventionem minus Iudaeus compellitur, quoniam omnis anima, quae die octava non circumcidetur, de populo pelletur; tu autem circumventionem non manufactam, quae per poenitentiam in expolitione carnis perficitur, differre quaeris? si non fueris per poenitentiam complantatus similitudini mortis eius, quomodo resurrectionis socius eris? nonne vides, quod ligni viam gladius ignis*

custodit, infidelibus quidem formidandus, credentibus vero propitius, ac amoenus coruscans? et versatilem illum fecit Dominus: quando fidelem conspexerit, ensis, terga ostendit, poenitentia vero caronibus, os acieque intendit. Elias currus, equosque igneos minime expavit, verum itineris superni desiderio incensus, contra formidolosa ascendit currus, cum adhuc esset in carne; tu vero igneus currus minime visurus, sed lotus lacrymis in coelum penetrare potens, cunctaris, nec vocationi obtemperare maturus? Si curum Ecclesia distribueret, non profecto diceret: Cras mitam, cras dabis, verum moram sedulus aegre ferres. Quoniam vero non materiae alicuius succum, sed animae purgationem tibi rex munificus pollicetur, moras, excusationesque noctis impedienda, causasque offers? debebas, ad hoc donum accedere. O rem admirandam, renovaris, nec conlaris; refingeris, et renovaris, nec conteris; curaris, et tamen hanc gratiam non expendis: si enim hominum seruitus, ac libertas omnibus proponeretur, non ad constitutum diem instructus veniret, advocatos pretio conductos, et iudices sollicitos, ut omni conatu libertatem reciperes? quin alapan quoque, extremam serorum plagam pro liberatione omnis in futurum infamiae, ac probriliber subires; postquam vero te seruum, non hominum, sed peccati, ad libertatem praeco vocat, ut te a seruitute solvat, et angelorum consortem, civemque faciat, praeterea, Dei filium per gratiam factum, coelestium haeredem bonorum constituit, nondum esse tempus haec bona excipiendi causas? O iniquas excusationes, o infames carnis voluptates, quo usque vane affectus? longo nimis tempore mundo viciniam, reliquum est, ut et nobis ipsis viciniam. Quis fidelior tibi consiliarius, quam Deus? quis Domino utilior? quis Creatore familiarior? o sermonem nefandum, sanari, curarique non valet; ne lucem mihi ostende, ne ad regem, regnumque me ducas. Enimvero, si publicis tributis obnoxius esses, debitorum autem remissionem reis circumquaque nunciaretur; deinde quispiam te hoc publico munere precare conaretur, doleres, clamaresque, communis gratiae parte per iniuriam privari; postquam vero, non solum praetiorum remissio, sed etiam futurorum dona palam proponuntur, non audis, sed ipse te laedis quantum nec inimici forte laederent. Consultum ne tibi, ac utiliter cogitatum existimas, si quis ius immunitatis tuum, de huiusmodi remissionem tibi abstulerit, aere quoque alieno te premi patiaris; maxime, cum scias, quod mille talentorum forte debitor, remissionis munus facile consequeris, nisi tu debili ex humanitate in proximum tuum gratiam abstuleris? Sciscitare aliquantulum conscientiam, ingredi in promptuarium animae secretis, praetertitionem memoriam apud te parumper excita. Si enim plura sunt peccata, multitudine ne terrearis; ubi delictum abundavit, superabundabit et gratia, si eam receperis. Plus enim debenti plus remittitur, ut vehementius amet; si autem parca, nec admodum lethalia fuerint delicta, quid de futuro sollicitaris, qui generose praeterita disposuisti, cum adhuc impius esses? nunc vero tu te considera, in examine, trutinamque tuam esse positam animam, hinc ab angelis,

CARTHAGENA de B. M. V. — Vol. II.

inde a daemonibus abstrahi meditare: quibus cordis lancem inclinabis? quid apud te vincet, carnis ne voluptas, an vitae sanctitas? praesentium oblectatio, an futurorum desiderium? invenis aetatis? Aetatem franco poenitentiae retine; ros abstet aetatis? vide, ne senectutis vitium desit, ne aetatem, et propugnaculum per inconsiderantiam, atque ignaviam amittas, nec de undecima hora, sicut de prima, cogita. Quandoquidem, et illo, qui iam primum incipit vivere, mortem ante oculos habere, continuo est opus. Si quis medicus commentis, et machinis quibusdam te invenem e sene reddere deceperit, ad eam profecto diem omni studio venire curares, in qua aetate florida te restituendum videres; at nunc, cum animae tuae, quam omni scelere contaminatam reddidisti, per poenitentiam renovari necietur, tantum despicias beneficium, nec ulterio per operas, ut id pollicenti sit obviam; num non tanti numeris rem miram videre desideras, quomodo vites homo, ac secundum desideria erroris corruptus, rursus in pubertatem, aetatisque florem reconvectetur? Poenitentia igitur est captivorum, et aeris alieni remissio: peccati mors, animae regeneratio, amictus splendor, coelo terra, regni coelestis reconciliatio, adoptionis gratia. Tantis itaque ac talibus bonis miser, potiorems ducis voluptatem? non enim tuam cunctationem, atque pigritiam: ipsa enim facta, etsi taces, contra te clamant. Mitte, inquis, supersede, intermram carne, aetatisque fore obtur, in luto voluptatum moror volubero, manus sanguine foedabo, alienum auferam, dolose ambulabo, pterebro, mentiri, tunc denique, cum saturatus ero, malis desistam, ac poenitebo. Si ergo res honesta est peccatum, hoc usque ad extremum custodi; si patranti turpis, ac nocens, quid in eo perseceras, quod perniciosum est? Nullus enim bitem evomere quaerens, maiorem eam ea mala, interperantique dicta reddere cogitabit, corpus namque malis, grassantibusque purgari humorebus, ne morbus coalescat, est opus. Videtur navis aliquo usque impostorum onera, et gravitatem ferre; si vero modus excedat, plus aequo gravata periclitabitur. Vide, ne et ut similia patiaris, maiora continuo admitte, quam ea, quae remittenda tibi per poenitentiam promittebantur, et antequam speratum contingas portum, naufragium facias. Vide ne liberationis spe maiorum tibi aereum congerens, peccata quidem cumules; vineam autem non apprehendas. Cunctato ad poenitentiam nihil aliud clamare videtur, quam: in me ante regnet peccatum, deinde aliquando regnet et Dominus; adsint mihi membra iniustitiae, et iniquitatis arma, deinde assumam aliquando etiam arma iustitiae Deo. Sic et Cain sacrificia offerre solitus erat, primum quidem pro voluptate propria, deinde illius protectoris, ac Creatoris Deo. Quando facultas, aetasque viget, te libidinis trahit; quando vero membra languent, tunc Deo potissimum offerre studes, cum scilicet, ob ingruentem, et invalidam senectam his uti non amplius licet, quo maxime tempore, pudicitia, seu temporaria vocari non potest, sed lascivendi potius, et luxuriantis dempta facultas. Mortuus enim minime coronatur, nec iustus aliquis dicitur, cui malis facere non licet. Dum

itaque potestas adest, dum corpus valet, dum ratio viget, peccato dominare; si aetate prohibitus, a peccato desistis, debilitati gratias agendum, optine non cessante bonos laudamus. Quis tibi citae terminum facit? quis senectutis metum terminavit? quis apud te tam fide dignus futurorum sponsor? non vides pueros saepe innumeris ab ubere rapios? non aetate floridos mori vides? nullum certum terminum habet haec vita: quid expectas, beneficio febris ponere, quando nec salutaria verba loqui, nec tamen audire commode poteris? morbo caput occupante, non manus in caelum tollere, non in pedes erigi, non genua adorando flectere, non commode doceri, non secure, ac libere confiteri, non cum Deo convenire, non cum adversario decertare, dubitantibus etiam praesentibus, num gratiam sentias, an sine sensu, quae aguntur accipias. Chananaeam imitere, qui habes animam in mundo spiritu occupantem: magnus enim demon patitur, misericordiam invenit, qui autem peccat, odium contrahit. Itaque quancvis extra gratiam sis, clama, dic miserere mei, non labia movendo, sed mente vocem emittens. Ubi prompta voluntas, nihil est, quod impediat: qui vocat abunde exposita, modo impedimentum cessat. Unus est prohibens, qui nobis ad salutem obstruit viam: ille, inquam, torporem, ac desperationem nobis inticit, ne nos ad opus sanctum exurgamus, ille vana spe corda nostra detinet. An non hodie peccare, eras vero iuste agere, pietatem differre, nos cohortatur? Idcirco Dominus eius occurrens insidiis, Hodie, inquit, si vocem meam audieritis, nolite obdurare corda vestra: ille vero ait: mihi hodie, eras Deo. Dominus contra: Hodie vocem meam audite. Nosce, obsecro, inimici dolos: ut omnino, statimque a Deo avertaris, consulere non audeat, novit enim hoc graece admodum Christianis. Verum artibus insidiosis aggreditur; serpens est, et ad decipiendum argutus. Intelligit enim, quemadmodum nos homines praesens libenter recipimus tempus, omnisque actio humana in praesens contendit, atque spectat; quamobrem hodiernum tempus nobis furatur astute, et spem facit crastini. Postquam crastinum venerit, rursus malus divisor hodiernum sibi, crastinum vero Domino dari petit, sicque continuo diem de die trahens, voluptate praesentis, et spe frugis nostram subducit latentem vitam: certa pro incertis relinquit, spem certam in vanam commutes. Vide, ne te tuorum consiliorum pignat, cum te sera, nihilque tibi profutura poenitentia ceperit. Discite prudentiam, virginum exemplum: illae oleum in vasis non habentes, quando sponso ire obviam oportuit, tunc necessaria defecere senserunt, ideo fatuas esse evang. vocat; quoniam dum tempus ferendum erat olei, id prodigendo, comedendoque absumentes, extra fores sunt eiecetas, et a sponsi pulchritudine prohibitas. Ne igitur, et tu frater, annum de anno, mensem de mense, diem de die trahas, et oleum, luminis nutrimentum negligens, in diem, quam non expectas, quandoque incidas, ac te beneficiendi occasio, vita deficiente destituit, et morbo praevalente, in animi angustia constitutus, a medicis, domesticisque deseraris; quando, inquam, extrema erit

anxietas, febrisque ardore viscera adurentur, dolens miser, dolebis corde poenitere, ne habebis qui condoleat, sed tantum tacito, inexplicatulo murmure munitabis apud te, dicens: quam contempta est mea stultitia. Quis stupidius, ac lethali somno oppressum admoneret? Propinquum? at hi maerebunt. Alieni? at hi despicient. Amici? at hi talia memorando, et turbare verebuntur, scilicet, et medicus decipiet, nec tu vitam omnino desperabis, cum natura maxime omnibus desideretur: mors irruet, te rapientes, statim adcolant; quis liberabit? Deus tibi despectus? At, inquit, me tunc exaudivit, tu vero nunc non ipsum audis. Ne miser decipiaris, nemo te inanibus seducat verbis: aderit tibi repentinum exitum, ac interitus similis procellae te evertet. Vaniet angelus tristis, per vim tuam sapiens tot peccatis irretitum animam; teque demum magnopere cruciatum, et abegit voce querentem, praectus lamenti vocis organo ad nigra tartara deducet. Heu quantum teipsum afflictabis, quantum praeteritorum poenitentia consiliorum suspirabis; me miserum, dices: cur peccatorum gravissimam hanc sarcinam, cum lieverit, non abieci? me miserum, qui haece peccatorum sordes non abui: quot peccatis sum commaculatus? O praeca mea consilia? ob brevem peccati voluptatem, in aeternum erucior? ob carnis modicas delicias, aeterno tradar igni? O iustum Dei iudicium! vocatus eram, nec audiebam; docebar, nec attendebam. Homo, si gehennam metuis, si regnum affectas, ne vocationem aspernare. Sed absque mora Deum quaere. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA X.

Ostendimus a primordiis constitutionis mundi delisse Ecclesiae suae disertissimos magistros, variasque academias instituisse, in quibus illi sinceram doctrinam docerent. Unde, et Christus Dominus Hebraeorum academiam sua praesentia mirifice honorare voluit in illa verba: Invenerunt seculentem in medio doctorum audientem, et interrogantem eos.

Magnam felicitatem semper arbitratus sum, non nisi divino beneficio mortalibus concessam, idoneos nancisci magistros, et scientia conspicuos doctores, qui doctrinae suae lumine, ignorantiae tenebras ab hominum mentibus expellant. Unde Deus optimus maximus, cui summa est providentia, singularem curam habuit, ut a primordiis constitutionis mundi non deficerent Ecclesiae suae praecipuos, et magistri, eam salutis viam docentes. Primus parens Adam, et auctor est Magister Sententiarum (2. Dist. 23) tum verbo, tum scripto doctrinam tradidit, humanam pariter, et divinam scientiam continentem; ex qua schola prodiit Enos, cuius aetate, cum paucissimi Deum palam colerent, ipse unius veri Dei cultum publice praedicare inchoavit: in hoc enim sen-

su intelligit eard. Caecitans illa verba (Gen. 4): *Iste coepit invocare nomen Domini.* Noe deinde fuit summus sui temporis theologus, qui cum Mathusaleo Adami discipulo perfectissimam didicet scientiam, natus enim est anno mundi 1056. potuitque cum Mathusalem annis non minus 5600. versari, et quam ab illo hausit divinarum, humanarumque rerum sapientiam, mundo post diluvium reparato, tradere coepit, quod et fecit: fuit enim parens alter generis humani, de quo (Ecl. 44) scriptum est: *Testamenta saeculi deposita sunt apud illum, ne deleri possit diluvio omnis caro;* hoc est, pepigit cum illo foedus Deus nunquam violandum, de hominibus nunquam aquarum inundatione extinguendum. Profecto decens fuit, ut sicut Adam, qui nascente mundo adfuit, coetorum hominum doctor existeret; ita Noe, qui, ut Hebraei affirmant, tres mundos vidit, et expertus est, hominum genus coelesti instrueret philosophia: quot viderit mundos, si roges? tres dico. Unum corruptissimum ante diluvium; alterum in ipso diluvio, in quo pauci in Arca, idest, octo animae salvatae factae sunt; tertium, veluti ex aquis emergens, et prolem felicem, scilicet, erudiendi munus a Noe ad filium eius Sem translatus est. Videtur enim gymnasio praefuisse, in quo illi pietatis alumni, et verae sapientiae cultores aures darent. Eius auditor exstitit Iacob, ut plerique interpretes affirmant, exponentes illa verba (Gen. 25) *habitans in tabernaculis,* ut mirum non sit, cum tanti magistri ductu insignem complexum esse sapientiam, ad quam alioquin quasi natus indicatur, dum (Gen. 27) lenibus, et mollibus carnis praedictis, doctorem describitur, haec quippe, auctore Aristotele (in *physiognomia*), boni sunt ingenii indicia: non sic Esau, qui in morem pellis, hyspidus natus est, vel, ut transferant septuaginta interpretes, *pilosus;* Chald. *sicut palmum pilosum.* Quare Iacob lactatorem nomine ipso praefert, quippe non viribus corporis, ut Esau, contra animantes, et feras, sed animi fortitudine, quae comitem habet sapientiam, contra vitiorum monstra decertare didicit. Dum ergo de illo scriptum est: *Vir simplex habitabat in tabernaculis:* alii vertunt: *vir integer minister domus doctrinae,* ut significatur, quod oneculus, ut Hebraei adnotant, ipsum fuisse, unum ex praecipuis auditoribus, qui rerum divinarum, et pietatis studio vacantes, scholas theologiae, quibus praecerant Sem, et Heber, aut, ut alii malunt, Melchisedech, utiliter frequentabant. *Viderat enim,* ut dicitur (Ecl. 6), *sensatum, et evigilabat ad eum, et gradus ostiorum illius exerebat pes eius.* Abrahamus insuper creditur, auditor fuisse utriusque magistri Sem, et Noe; supervixit namque Noe diluvio annis 350. Abraham vero natus est anno 294. post diluvium, atque adeo agere potuit cum Noe annis sex supra quinquaginta, ab illiusque ore sinceram fidem, et rerum divinarum, humanarumque perfectam sapientiam percipere: neque hoc tantum, sed a filio quoque eius Sem, qui patri in magisterio successit.

Ex hoc discipulatu eximius Abraham theo-

logiae magister evasit, adeoque ceteris sui temporis praestitit mortalibus, ut ex eo in Chaldaeos, in quorum ipse regione natus, et educatus fuit, sapientiae fama, et antiquitatis opinio refulderit: scribit enim Eusebius (lib. 9. c. 4. de *praep. Ev.*), Abrahamum natum esse in Camera urbe Babyloniae, quam alii appellant Ur Chaldaeorum, Locum, in quo Abraham fidem, et religionem docuit, non unum fuit: primum namque apud Chaldaeos, unum solum Deum totius orbis moderatorem religiose colendum esse pro concione testatus est; parum curans inveteratam illius gentis de inanum Deorum multitudine opinionem. Hinc, eum a Chaldaeis, qui ipsi divinos deferabant honores, quod eam superationem abominaretur, in ignem coniectum, et miraculo liberatum tradunt Hebraei, et d. Hieronymus tradit (Gen. 11), Lyranus, Burgens. Rabbi Moyses (in *suo doctor. perplex. c. 30*). Saol, qui hanc traditionem fabulis iudicis annumerant; si tamen Ioseph credimus, vel, id, quod traditio prohibet, vel aliquid simile Abraham theologiae professori accidisse compertum est. Sic enim (l. 1. *antiquitatum c. 8*) scribit: *Primus omnium ausus est praedicare, unum esse Deum universitatis conditorem, hoc vero, ex terrae, et maris observatione colligebat, tum eorum, quae circa solem, et lunam, et reliqua sidera videntur accidere. Quamobrem eum Chaldaei, Mesopotamiaeque ceteri contra eum insurgentes, consilium migrandi cepit, et quod voluente, ac favore Dei fretus, Chananaeam tenuit, ubi Deo struxit aram. Quare id mihi pro comperto est, Abrahamo eum Chaldaeis de cultu unius Dei, et de vera religione grave fuisse dissidium. Unde spectata significatione vocis, *Ur*, quae non solum ignem, sed doctrinam quoque sonat: considerato etiam Chaldaeorum nomine, quod non tantum ad gentem, sed ad professionem quoque syderalis doctrinae referri solet, potest locus ille (Gen. 13): *Ego sum Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldaeorum, in qua, eduxi te de doctrina Chaldaeorum,* quod et vulgato interprete Isaiae (c. 24) factum adverte: *In doctrinis, inquit, glorificate Deum.* Igitur verae sapientiae magistrum ab uno Abrahamo ductum in Patriarchis usque ad Moysen conservatum est. Quare dum audis (Gen. 13) habitasse eum iuxta convallam Mambrae, crexisseque ibi altare, et c. 21. plantasse nemus in Betsabeae, et invocasse ibi nomen Domini: fas tibi eri opinari, Abrahamum tantquam in publico gymnasio malotius, ab pomeridianis scholis veri Dei cultum illis locis docuisse; nec ad indigenas solum, sed ad hospites etiam, quos cibo, et potu liberaliter reficiebat, eum fructum manasse: iam illum in Sichem, et in convalle illustri doctoris munus obisse, id argumento est, quod convallis illustris dicitur, idest, *quercus doctoris:* nimirum, quia in loco nemoroso domo doctrinae, et gymnasium habuit, in quo eos discipulos ad divinarum rerum cognitionem erudit, quos Scriptura videtur appellare, animas, quas fecerat in Aram, iuxta Onchelum, qui animas intelligit, quas subiecerat legi a Sara muliere in veri Dei cultu fuisse institutas: quid quod*